Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

israel de terra sua. Respondit moyses coram dno. Ecce filii
israel non me audiunt. et quomodo audiet me pharao. presertim
cum sim incircumcisus labiis. Locutusque est dns ad moysen et
aaron. et dedit mandatum ad filios israel et ad pharaonem regem
egypti. ut educerent filios israel de tra egypti. Isti sunt
principes domorum familiarum suarum. filii ruben primogeni
ti israhelis. enoch et phallu. esrom et carmi. Hi cognatio
nes ruben. Filii symeon iamuhel et iamin. et aod.
iachin et soer: et saul filius chananitidis. Hi prgenies
symeon. et hec nomina filiorum leui per cognationes suas.
gerson et caath et merari. Anni autem vite leui fuerunt cen
tum triginta septem. filii gerson. iobeni. et semei. per
cognationes suas. filii caath. amram et isuar: et ebron.
et oziel. anniq; vite caath. centum triginta tres. filii
merari. mooli. et musi. Hi cognationes leui per familias
suas. Accepit autem amram uxorem iochabed patruelem
suam. quae peperit ei aaron et moysen et mariam fuerunq; anni
vite amram centum triginta septem. filii quoq; isaar
chore et nepheg et zechri. filii quoq; oziel. misahel
et helsaphan et sethri. Accepit autem aaron uxorem helisabe
filiam aminadab sororem naasson. quae peperit ei nadab
et abiu et eleazar et ithamar: filii chore asser et helcha
na et abiasab. Hi sunt cognationes coriatharum. hoc est filiorum chori.
Et eleazar filius aaron sacerdotis accepit uxorem de filiabus phuthiel.
quae peperit ei finees. Hi sunt principes familiarum leui
tarum per cognationes suas. Iste est aaron et moyses.
quibus precepit dns. ut educerent filios israel de tra egyp
ti per turmas suas. Hi sunt qui locuti sunt ad pharaonem regem

Anni

Xxxiii.

De ortu aaron. et moysi et marie